

IV. Potest indulgentia pro articulo mortis concessa, & per Confessarium applicanda, à confessorio etiam illo, qui non audivit confessionem moribundi, imò etiam ab absente, juxta Dianam p. 5. r. 1.2. ref. 46. impetiri homini omnibus sensibus destituito, non modò, si petivit confessarium, sed etià, si non petivit; nec opus est ulla certa verborum formula uti, sed sufficit voluntas applicandi indulgentias, modò exprimat signo aliquo externo, quam sufficienter exprimit Sacerdos, dum pronuntiat formam Absolutionis cum intentione absolvendi, in quantum potest; et si neque ipse, neque aget quidquam sciant de indulgentia. Gobat cit. c. 34. consultum tamen est, ut confessorius dicat ad moribundum: concedo tibi auctoritate Apostolica mihi in hac parte commissa, talem autem talem indulgentiam; quod ordinariè fit per Absolutionem generalem, quæ (juxta Rodriguez tom. 1. q. 20. art. 26. apud nostrum P. Kerkhove in statuta nostra Generalia c. 6. §. 22. num. 161. loquentem de absolutione generali, quam dant Prælati Regulares in fine visitationis, vel in Profectis Festivitatum) non est sacramentalis Absolutio, nec per eam quis absolvitur à culpa peccati, cum tunc non fiat confessio specifica peccatorum, sed est quædam absolutio deprecatoria, per quam subditus, vel inhiatibus absolvitur ab omnibus censuris &c. & a pena debita pro peccatis jam quoad culpam dimissis, adhuc in hac, vel altera vita exolvenda. Nec id alienum est à Sacris Litteris, ubi subinde peccatum pro pena illi debita accipitur, juxta illud 2. Machab. 12. Sancta, & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur, id est, à penis debitis pro peccatis, adeoque quando confessorius in Absolutione generali dicit: Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis &c. idem est, ac ab omnibus penis debitis pro ipsdem. Similiter dicendum de Absolutione generali, quam dant Prælati Regulares in fine visitationis. Vide Kerkhove cit. ubi per accidens notandum occurrit, quod per Absolutionem generalem, quam Prælati Regulares in fine visitationis, aut aliàs dare consueverunt, tollantur omnes excommunicationes, & suspensiones, & dispensentur subditi in irregularitatibus (suppono, quod hæ exprimat in Absolutione generali à Prælatibus) quas forte ignoranter contraxerunt, sic ut si postea recorderentur, le aliquam censuram, vel penam reservatam incurrisse, non teneantur amplius pro absolutione ab illis censuris vel penis, recurre ad Superiorem habentem facultatem, sed sufficit, quod confiteantur communi confessorio peccata, ob quæ illas incurserunt: nam illa peccata, ut suppono, tantum erant reservata ratione censuræ, quæ sublata, cessat reservatio peccati. Kerkhove cit.

QUÆSTIO IV.

De indulgentiis revocatis, & Apocryphis.

SUMMARIUM.

- 144 Indulgentiæ revocate à S. Pio V.
145 Indulgentiæ revocate à Paulo V.
146 Indulgentia revocata ab Innocentio XI. recensentur, & seqq.
151 An indulgentiæ vivæ vocis oraculo concessæ sint revocatae?

ASSERTIO IV.

- 143 Summi Pontifices plures indulgentias revocarunt, & multas declararunt esse falsas, confictas, & Apocryphas, quas hic recensere volumus. Certa.
§. I. Indulgentiæ revocate à S. Pio V.
144 S. Pius V. Pontifex Maximus, constitutione: Est Dominici. Sexto Calend. Febr. 1567. (quæ habetur in Bullario Cherubini tom. 2. pag. 213.) revocavit omnes indulgentias, quæ questum continebant. Vide etiam Concilium Trident. de hac re, sess. 25. in Decreto de indulgentiis, & sess. 21. cap. 9. de reform.
§. II. Indulgentiæ revocate à Paulo V.
145 Paulus V. Pontifex Summus revocavit omnes indulgentias per suos Prædecessores Summos Pontifices concessas quibuslibet Regularibus cujuscvis Ordinis, ut jam diximus hac sectione, questione I. & loco revocatarum alias concessit, quæ loc. cit. enumeravimus.
§. III. Indulgentiæ revocate ab Innocentio XI.

Innocentius XI. Pontifex Maximus, Anno 1678. 7. Martii, in Decreto, quod incipit: Delatè sepius (& habetur apud Gobat de indulgentiis p. 2. c. 37. nu. 709. littera D. La Croix l. 6. p. 2. n. 1367. S. Bogat Theol. Sac. 11. 8. n. 25.

& alios) multas indulgentias revocavit, & ut falsas, confictas, Apocryphasque declaravit, & idem ipsam Decretum de verbo ad verbum huc ponendum duximus.

DECRETUM.

Delatè sepius fuere ad Sacram Congregationem indulgentiarum Sacriq; Reliquis præpositam, indulgentiarum quædam confictæ, & omnino falsæ, quæ per diversas Orbis Christiani partes circumferantur; alie verò examinandæ, quæ adhibito studio inveniuntur vel Apocryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocate, vel nullæ, quod datum eis tempus præterierit: quæ quidem plurimæ, cum non facili cognitionem habeant, Christi fideles harum rerum minus peritos fallunt, qui spe indulgentiarum, remissionisque peccatorum suorum consequendæ frusturantur. Quamobrem eadem Sacra Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies serpentem occurrere, animarum profectui, & indulgentiarum dignitati consulere, plures illarum singulari diligentia colligi, & in indicem referri curavit.

Tales imprimis sunt illæ, ut asserunt, concessæ à Joanne II. & Sixto IV. recitantis orationem charitatis JESU Christi Domini nostri, Precor te piissime Domine &c. ab Urbano II. Ecclesie S. Mariæ, ut vulgo dicitur, Campagnole, & S. Victoris, ab Eugenio III. revelationis de plaga in humero JESU Christi, factæ S. Bernardi, ab Innocentio III. Archi-Confraternitati, & Ordini Redemptionis à Bonifacio IX. visitantibus Capellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die Festo, à Joanne XXII. Oculantibus Mensuram Plantæ Pedis Beatæ Mariæ Virginis, ab Alexandro VI. Imagini B. Mariæ, vulgo dicitur, Laghetti, à Leone X. gestantibus funiculum S. Francisci, primum in Urbe impressa, deinde Mediolani Anno 1665. (quas tamen habent, & veras, Confratres Archi-Confraternitatis Chordigerorum S. Francisci) recitantis salutationem Angelicam ad pulpum Horologii, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis immaculæ in circolo depictæ, cujus pedibus Luna subjacta est, à Pio IV. vel Pio V. Principi Senarum, à Clemente VIII. dicentibus orationem, O Magnam Mysterium &c. & Ecclesie S. Mariæ, quam vocant, Montis Serrati, Avenione impressæ, tum aliæ pro animabus Christi fidelium defunctorum impressæ Martii, 20. Julii 1606. à Paulo V. cantantibus Hymnum, Te Matrem DEI laudamus, Te Mariam Virginem confitemur, &c. vel si die Sabbati intererint, dum id cantitur, & Coronis, Rosariis, imaginibus, & Numismatibus, quæ Medias appellant, ab ea benedictis, Federico Cardinali Borromeo supplicante, Anno 1611. dum Ecclesia Rome in honorem S. Caroli edificaretur, & ab eodem Paulo, & Gregorio XV. dicentibus, Sia lodato il santissimo Sacramento, Laus sanctissimo Sacramento, ab Urbano VIII. in honorem ejusdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus celebrata Missa dicentibus, Ave filia DEI Patris, Ave Mater DEI Filii, &c. à Clemente X. Recitantis mane, meridiè, ac Vespere consuetam Antiphonam, Angelus Domini &c. in fine, DEO gratias, & Mariæ: Ac demùm aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tribuæ, ut ajunt, Coronis Mysteriorum Passionis Domini nostri JESU Christi prece Magni Ducis Etruriæ.

Talis indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, qua repetita quinquies Oratione Dominica, & salutatione Angelica, unam liberari animam quolibet die à Purgatorio penis affirmant. Tales alie Perulli Confraternitatis sandorum Sebastiani, & Rochi, & Roma Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani; Tales demùm alie Cruce signatorum S. Eustorgii Mediolani, Arimini, & Bononæ.

Ejus generis sunt, & ille concessæ, ut ajunt, Capelle Rosarii in Ecclesia S. Antonii de Rovigo, seu Rodigii, vel Ecclesie sanctiss. Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni, die Festo Inventionis sanctiss. Crucis, vel gestantibus funiculum S. Francisci de Paula, vel Celebrantibus Missas S. Augustini, aut alias quinq; in honorem quinq; Festivitatum B. V. vel recitantis Officium S. Franciscæ Romanæ, aut Antiphonam, O Passio Magna &c. in Memoriam Passionis JESU, aut Rosarium S. Anne (quod Congregatio scroborum Rituum non probat) aut Orationem, quæ impressa cum imagine S. Anna circumferri solet, Ave gratia plena &c. (quæ Oratio prohibetur) aut Officium Conceptionis B. V. Immaculatae, quod asserunt à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem, DEUS, qui nobis in S. Sydone &c. (excipitur indulgentia centum dierum Anno 1671. concessa precibus Ducis Sabaudie ad Annos 25. cunctis in illius Ditione degentibus) aut aliam, Ave Filia DEI &c. post Communionem recitandam, vel aliquo conspicuo venerantibus sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti Nomen; indulgentia vrsus Octoginta millium annorum veteri de Tabula expressa, quam in Basilica Lateranensi asservari affirmant, pro dicen-

dientibus orationem illam verè piã, Deus, qui pro Redemptione Mundi, &c. tum quæ impressæ fuerunt Pape Anno 1670. ab hoc titulo, summario delle indulgenze concessæ dalla Santità di Nostro Sig. Papa Leone X. alla Imagine della Concezione della gloriosa Vergine Maria, vel Pisauri sub nomine B. Joanne Anno 1608. evulgate, vel Barletta seu Baruli à Recitantis quædam non sanè malas Orationes, lucrandæ, vel Parme Visitantibus per quadragesimæ dies Ecclesias tertii Ordinis S. Francisci, vel Pistorii, & Vassilla à recitantis Orationem, Ave sanctissima Maria, Mater Dei, Regina Cali &c. & aliæ in peculiari impresso libro descripta, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

His enumerandæ sunt, quæ Crucibus Caravacensibus tribuæ dicuntur, vel Coronis sive Stellario Conceptionis Virginis Immaculatae, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus, & coronis Aloysia ab Ascensione Hispanæ Montalis Ordinis S. Clare, vel Mensuræ Altitudinis Jesu Christi Domini nostri, vel Imagini, aut Mensuræ vulneris Lateri ejus inflatæ, vel orationis, ut ajunt, in sepulchro Domini nostri reperiæ, & indulgentia, ut ajunt, innixæ Revelationis factæ S. Birgittæ, Mechildi, & Elisabeth, vel B. Joanne de Cruce, ut concessæ, ut asserunt, granis, quæ aliquod ex ipsis granis tergerint, extantibus penis Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Ministrum Generale Fratrurn Minorum Observantie S. Francisci.

Omnes verò singularis jam dictas indulgentias Sacra Congregatio parim esse confictas, & planè falsas declarat, parim Apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini suffragari possunt, easque in futurum ullo in loco, ut veras publicari, & lucrandas Christi fidelibus proponi vetat; soliaque & libros, ubi sic proponuntur, seu asseruntur, omnino præcipit aboleri, nisi prædictæ indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ: Nec ideo tamen vult alias, quas hoc Decretum non continet, pro veris, & legitimis, tacite probatis haberi.

Ac demùm omnes indulgentias concessas ante Decretum Clementis Octavi calum die 9. Januarii 1587. Coronis, Rosariis, granis, seu calcatis, Crucibus, & Imaginibus Sacris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit: Romanus Pontifex &c. editum 23. Maii, Anno 1606. Personis Regularibus quancumque Religionem & Ordinum, etiam mendicantium, vel ante Constitutionem 115. Clementis Octavi, cujus initium: Quocumque &c. §. 68. Pauli V. incipientem: Qua salubriter &c. habitas per Aggregationem, vel aliam communicationem ab Archi-Confraternitate alla, Ordine, Congregatione, Societate etiam Jesu, Capitulo, vel ceu quocunque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliisque personis, vel persona, etiam earum, vel ejus mentio specialis, & individua faciendæ esset, nisi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innovata, aut confirmata, nullius esse roboris, & momenti pariter declarat.

Porro Summaria indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinae Christianæ, Confraternitatibus sanctissime Trinitatis, & Redemptionis captivorum, Nominis Dei, Rosarii, B. Mariæ de Mercede, & Redemptionis captivorum, B. Mariæ de Monte Carmelo, Cintura S. Augustini, & S. Monicæ, nisi ab eadem congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentias verò Stationum Urbis, quæ à Romanis Pontificibus singulari quodam Beneficio, vel communicare sunt, & vel communicabuntur interdum, aliquibus locis, Ordinibus, aut personis, diebus tantùm Stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat. Semel autem duntaxat in die plenariam indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucriferi.

De quibus relatione facta per Secretarium ad sanctissimum, cuncta Sanctitas sua probavit, & inviolatè servari iussit. Datum Rome, die 7. Martii 1678.

148 Circa præfatas annullatas indulgentias, in specie circa officium Conceptionis B. V. Immaculatae: Notat Pater Gobat de indulgent. p. 2. cap. 47. num. 709. quod Innocentius XI. non prohibuerit Officium de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ, concessum ab Ecclesia, sed quod prohibuerit tantùm Breve quoddam Officium de Immaculata Conceptione impressum Mediolani cum titulo: Officium de Immaculata Conceptione sanctissime Virginis Domine nostre, approbatum à Summo Pontifice Paulo V. quod devota mente recitanti conceduntur centum dies indulgentiarum: Cujus prohibitionis ratio non erat, quod in illo officio contineretur aliquid minus orthodoxum, sed quia verba illa: Approbatum à Summo Pontifice Paulo V. &c. falsò addita fuerit: Cum Paulus Quintus nec tale Officium approbaverit, nec tales indulgentias concesserit.

149 Circa indulgentias Crucum Caravacensium notandum est Decretum Innocenti Decimi Tertii Summi Pontificis, quod incipit: Nuper Sacra editum 5. Junii 1721. (enfrat in Appendice alphabetica Bullarum, V. Indulgentiæ in ter-

minis ponetur (quod sic habet: Cùm etiam sacra congregationi indulgentia innotuerit, evulgatum fuisse alterum Summarium indulgentiarum Germanico pariter idiomate conscriptum, absque loco Editonis, & Nominis impressoris, cujus initium latine redditum est: Indulgentia, quæ Crucibus Caravacensibus concessæ fuerunt à Romanis Pontificibus Pio V. Gregorio XV. & Clemente X. denuò confirmatæ ab Innocentio Duodecimo, & excipit: Pro consolatione Christi fidelium, & S. Crucis amatorum. In quo multæ Indulgentiæ penitus confictæ, Apocryphæ, & falsè deprehensæ fuerunt. Eadem Sacra congregatio dicti Summarii impressionem, & usum, sub ipsdem panis in indice Librorum prohibitorum contentis interdixit.

Denique apud Gobat cit. num. 703. scribit P. Bonagratia 159 Habentis, etiam esse declaratas à Sacra Congregatione, ut Apocryphas indulgentias, quæ dicuntur Granorum de Mille Ave Maria,

§. IV. Indulgentiæ vivæ vocis oraculo concessæ.

Sciendum, quod licet Gregorius XV. Anno 1622. & Urbanus VIII. Anno 1631. 20. Decembris, per Bullam: Aliàs felice record. (quam infra in Appendice alphabetica Bullarum V. Privilegia, per extensum dabimus) revocaverint omnia privilegia vivæ vocis oraculo concessa, nihilominus magni Doctores (inquit Gobat in experient. Theol. tr. 9. nu. 730. Ercobar, Peyrinis, & Bordonus, quorum sententiam probabilem censet Lezana) putant, indulgentias vivæ vocis oraculo concessas, non esse propterea revocatas: quia applicatio indulgentiarum non est proprie privilegium. Sed (ait La Croix lib. 1. n. 861. oppositum suadent verba Pontificum; nam Gregorius XV. dicit, se revocare omnia, & singula indulta, facultates, privilegia, gratias, & concessiones quascunque spirituales, & Ecclesiasticas, & tam ad forum interius, & exterius spectantes: Urbanus VIII. addit: Omnia, & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias quascunque, & repetit totam Bullam Gregorii XV. videtur verò indulgentia contineri nomine gratiæ concessiois spiritualis

SECTIO III.

De jubilæo Ecclesiastico, & conditionibus ad illud lucrandum requisitis.

QUÆSTIO I.

De jubilæo, & ejus Accidentibus.

SUMMARIUM.

- 153 Quid sit jubileum quoad Nomen?
154 Quid sit quoad rem?
155 Jubileum est triplex.
156 Quid sit jubileum ordinarium, & extraordinarium?
157 Quoties jubileum obtineri possit?
158 An pro defunctis applicari possit?
159 An expiret jubileum mortuo Pontifice?
160 Quomodo interpretanda sint Bullæ jubileorum.
161 Quamam Indulgentiæ, & facultates absolventi, & commutandi vota in anno sancto suspendantur & seq.
162 Quando incipiat, & desinat hec suspensio.

ASSERTIO III.

Jubileum Ecclesiasticum est indulgentia plenaria à Summo Pontifice concessa, cum quadam universalitate, & appendice favorum spiritualium, iis, qui perficiunt opera præscripta: Est triplex, videlicet jubileum anni sancti, jubileum ordinarium, & jubileum extraordinarium: semel tantùm obtineri potest, & tantùm pro vivis. Durantè Anno sancto suspenduntur extra Romam Indulgentiæ omnes plenarie concessæ pro vivis. Communis Doctorum apud Henricum de penitentiâ disputacione quarta, quæstione duodecima. Gobat tr. 3. de jubil. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1392. & seqq. Layman lib. 1. tr. 7. c. 8. Viva de jubil. & alii.

§. I. Jubilei natura, & definitio.

Jubileum quoad Nomen derivatur à voce Hebraica Jobel: quod apud Hebræos significabat Annus Remissi. qui erat quinquagesimus: ut videri est Levit. 25. Illo enim anno cessabant labores agriculturæ; poterantque omnes commode sustentari ex fructibus anni superioris. Divina largitate triplo pluribus restituebantur agri, & domus venditæ pristinis domi-



dominis, feruque libertate donabantur. Hinc annus celebris quo Romę vifrantibus limina SS. Apoftol. Petri, & Pauli, aliaque Ecclefias in Bulla Pontificia determinari folitas conceduntur maximę remiffiones, & gratiæ, vocatur annus jubii, à Sixto IV. extrax. Quomodo de pan. & remiff. Et quidem Bonifacius VIII. Extrax. antiquorum, eod. i. cenfimo quolibet anno itam remiffionem concefferat: Clemens vero VI. Extrax. Unigenitus de penitentiis, & remiffionibus exemplo Jubilai Hebręorum ad annum quinquagefimum reduxit. Tandem Paulus II. & Sixtus IV. ad fingulos viginti quinque annos eandem reduxerunt. Ita Herincx cit. n. 90. Viva cit. q. 1. art. 2. & alii. Hęc de Nomine Jubilai. Quoad rem verò.

154 Jubilæum est Indulgentia plenaria à Summo Pontifice concessa perficientibus opera præscripta, cum quadam uniuersitate, et appendice favorum spiritualium. Favores qui in Jubilæis concedi solent, adducemus, & explicabimus fectiõne fequenti; opera verò ad lucrandum Jubilæum præscribi folita, examinabimus in quæftionibus fequentibus.

S. II. Jubilæum est triplex.

155 Videlicet jubilæum anni sancti, jubilæum ordinariũ, & jubilæum extraordinariũ. Annus Sanctus, seu jubilæus, ut mox fuprà dictum, est vigefimus quintus quifque annus, quo Romę vifrantibus designatas Ecclefias conceduntur maximę indulgentiæ, & favores. Incipit autem Annus Sanctus à primis vefperis Natiuitatis Domini, ante quas Summus Pontifex fer confert ad Ecclefia S. Petri claufam, eufque portam muratam, quę dici folet Porta Sancta, ter malleo argenteo percute, tum à fabris murariis dificitur murus foribus Ecclefie S. Petri oppanfos, eujus lapides, & cõmentum magna cum deuotione accipiunt populus Romanus, ac Peregrini. Deinde Papa Ecclefiam S. Petri ingreditur, interefque vefperis. Definit verò Annus Sanctus in primis Vefperis Natiuitatis Domini, anni fequentis, poft quas Summus Pontifex in medium liminis ipfius portę fanctę trulla argentea facit calcem, ternofque ponit lapides, tũ enim mox in altum, latumque murus erigitur à fabris murariis, manetque integer, donec redeat alius Annus Sanctus.

156 Jubilæum ordinariũ est, quod poft Annum Sanctum conceditur Proinciis extra Italiam, duratque per bimeftrẽ. Jubilæum extraordinariũ est, quod poft Coronationem Neo-electi Summi Pontificis pro exorando à Deo felici regimine vel quando Ecclefia graui neceffitate premitur, concedi folet, duratque per duas feptimanas, hoc est: Quindecim dies, ita ut includat tres Dominicas, & duodecim dies feviales: Patet ex praxi. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1397.

S. III. Quoties, et pro quibus jubilæum obtineri queat?

157 I. Jubilæum ordinariũ femel tantũ acquiri poteft: quia in illius Bulla additur: femel tantum. Jubilæum verò extraordinariũ, ait P. Herincx de Penit. difp. 4. q. 1. 3. n. 98. juxta veriorem opinõnem (etfi plurimi contrarium fentiant) etiam nonnifi femel obtineri poteft juxta Refponfum Clementis VIII. & Congregationis Cardinalium de Jubilæo Anni sancti; quod planè videtur infinuare ipfa formula difjunctiua, qua folet concedi. Non nocet tamen iterum præfere opera præfcripta, animo lucrandi Jubilæum, vel fi in præcedenti vice defectus fuerit, lucrandi primò Jubilæum, vel ut valeat, quantum valere poteft: quamquam enim aliàs probabilitas fententię: fi ei non fuffit veritas, nõ fuppleat valore in indulgentiã juxta communem Doctorum, facit tamen probabilitas fententię valere poft repetita opera præfcripta iteratam abfolutionem à refervatis ratione probabili jurisdictionis, quam vis verè juxta folidiorem opinõnem hujufmodi abfolutioni non fit locus poft Jubilæum femel lucratum, in ordine ad quod lucrandum facultas illa abfoluendi conceditur. Ita Herincx cit. Porro Gobat de Jubilæo, c. 14. inquit, probabile, imò probabilius eße, quòd quis bina vice lucrari queat Jubilæum extraordinariũ, fi repetat opera præfcripta. Et vel maximè hęc fententia vera est in cafu quo obtento in tua patria Jubilæo, accedens ad alium locum, in quo adhuc celebratur Jubilæum, denuo perficit opera præfcripta, quamvis id quoque neget Lugo.

158 II. Jubilæum acquiritur obtineri pro defunctis. Ita Gobat de indulg. p. 1. c. 22. n. 266. Quia Bulla jubilaris tantũ pro vivis, non verò pro defunctis concedit lucrandum jubilæum, adeòque quilibet tantũ pro feipfo poterit lucrari jubilæum.

159 III. Gratiã Jubilæi non expirat per mortem Papę, qui conceffit, dummodo caufa perfeveret: quę tamen non perfeverat, fi præcisè foit, ut hic Papa obtineret gratiam benedgendi. Attamen probabile eßet etiam in hoc cafu valituras abfolutiones, & commutationes votorum intra tempus, quo

ignoratur mors: quia ubi eßet error publicus cum aliquo titulo, Ecclefia confert jurisdictionem juxta communem Doctorum. Ita La Croix lib. 6. part. 2. num. 1396. Addunt Boffius, Paqualigus, Viva citatus qu. 2. art. 3. num. 10. Quando Papa dicit, ut impetretur gratia ad benè regendam Ecclefiam, eße fentum, ut Ecclefia benè regatur, non, ut ipfe præcisè Papa benè regat, adeòque etiam mortuo isto Papa manebit caufa finalis.

IV. Qualiter Bullę Jubilæorum fint interpretandę, diximus hoc capite. fect. 1. nu. 6. & feqq. Item an fequens fententiam probabilem in acquisitione Jubilæi confequatur à parte rei Jubilæum, hujufque favores, diximus hoc capite fect. 1. n. 71. & feqq. Item an recedente fictione Jubilæum reuivifcat, dictum eßet hoc cap. fect. 1. n. 53.

S. IV. Sufpenfio indulgentiarum in Anno Sancto.

I. Durante Anno Sancto Jubilæi fufpenduntur omnes indulgentię plenarię concessę vivis extra Urbem Romam constitutis, & facultates abfoluendi, difpendandi eandem occasione datę, quę tamen completo Anno Sancto Jubilæi abfque nova renouatione manent in fuo robore. Ita communis Doctorum apud Herincx citatum, Gobat, de Jubilæo cap. 10. Dominicum Viva de Jubilæo qu. 4. & alios. Patet ex Bullis Pontificum promulgantibus, & indidentibus Annum Sanctum Jubilæi. Non tamen I. In Anno Sancto fufpenditur indulgentia, & Jubilæum Compofellanum ex Breui Apoftolico Sixti V. ut tradit Caßro-Palaus apud noßrum P. Herincx difp. 4. de penitentiis qu. 13. Nec II. Sufpenditur indulgentia ab ipfo Christo Domino concessa Ecclefie Portuiculę prope Affifium, ut declaravit Urbanus Octavus anno Jubilæi 1625. Innocentius Decimus anno Jubilæi 1650. 5. Julii. Bulla: Cum ob facti Jubilæi, & pro ultimo anno Jubilæi 1700. Innocentius Duodecimus, Bulla: Cum ob facti, 21. Augufti. 1699. quam infra in Appendice alphabetica Bullarum. V. Indulgentiæ, in terminis referemus. Quod tamen intelligendum eßet de proprio loco, hoc eßet, illo Templo Portuiculę Affifatenfi. Non autem extra illum locum de aliis Ecclefis, ad quas à Summis Pontificibus fuit extenfa, & communicata, ut notat Rodríguez. Nec III. Sufpenditur indulgentia concessa Domui Auguffiffimę Lauverane B. V. Marię, uti declaravit Gregorius Decimus Tertius reße Benzonioli. 4. c. 7.

II. Indulgentiæ etiam plenarię pro Defunctis concessę non fufpenduntur Anno Sancto Jubilæi, nam in his ceßat finis fufpenfionis indulgentiarum, quia eßet, ut omnes Romam conueniant, & vel maximè, cum Jubilæum tantũ poßit obtineri pro vivis. Quare (reße Herincx cit. num. 91.) Romę declaratum fuit anno 1625. Altaria privilegiata pro defunctis, anno Jubilæi retinere fuum vigorem: unde in Brevibus iftorum Altarium, quę dantur ad feptennium contiũd fequens, non fit exceptio Anni Sancti Jubilæi intercurrentis, prout fit in Brevibus indulgentiarum feptennalium quę conceduntur pro aliquo feßto, vel oratione 40. horarum. Vide dicta hoc cap. fect. 1. num. 60. Idem proinde eßet de medaliis, Crocibus, Roßariis, &c. quibus annexa eßet indulgentia pro defunctis. Herincx cit. Notat autem Gobat de Jubilæo cap. 9. in Appendice prima. Viva de Jubil. qu. 2. art. 2. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1401. Clementem Decimum declaraffe, quòd in Anno Sancto Jubilæi fufpenfæ fint illę indulgentiæ, quas poßunt vivi lucrari fibi, vel etiam defunctis applicare per modum fuffragii: non tamen alię, quę folis defunctis funt applicabiles, & non vivis: Hęc enim non fufpenduntur in anno Jubilæi.

III. In Anno Sancto Jubilæi etiam non fufpenduntur indulgentiæ Epifcopales: Cum Bullę indulgentiarum fufpenfiuę folũ loquantur de indulgentiis per Romanos Pontifices concessis. Imò idem cenfent plurimi Doctores (etiam, qui Romę fcriplerunt, ait Herincx cit. num. 94.) de cæteris indulgentiis non plenariis: Nam Gregorius Decimus Tertius, & alii Pontifices ante ipfum, exprefse loquuntur de folis plenariis, in quibus etiam faluator finis fufpenfionis, nempe, ut fideles Romam conueniant: Cum aliàs Epifcopi poßint concedere indulgentias partiales toties, quoties liber: unde cum hoc pendeat ex mente Papę quoufque clarè non manifefaverit fuum mentem, poteft hoc rationabiliter teneri. Item docent Filliucius, Lezana, Caßro-Palaus, Dicaftillos, Quintanaduenas, Gobat, Viva, contra Tannerum apud La Croix lib. 6. part. 2. num. 1401. Uterius ex præfumptione benignę voluntatis Pontificiæ in favorem extremę neceffitatis, imò etiam ex declaratione Clementis X. apud Gobat de Jubilæo, cap. 9. in Appendice prima, non cenfentur fufpenfi indulgentię plenarię concessę pro articulo mortis. Hęc enim speciali nota dignè videntur, ceßatque in ipfis finis, & ratio fufpendendi indulgentias

fias, qui eßet, ut in Anno Sancto omnes Romam conueniant ibidem lucrari indulgentias: agonizantes autem Romam venire non poßunt: ergo. Denique benè docet Gobat cit. n. 41. quòd licet in Anno Sancto non fufpendantur indulgentiæ concessę Baßilicis, & Ecclefis Romanę urbis, tamen fufpenfæ fint indulgentiæ Ecclefiarum Regularium extra Romam fitarum, quę habent participationem, & communicationem indulgentiarum concessarum Ecclefis orbis Romę. Ratio eßet, quia fufpenfio talium indulgentiarum eßet ferè neceßaria ad finem, ob quem in Anno Sancto fufpendi folent indulgentiæ: fiquidem multi milliones hominum funt infcripti Confraternitatibus, & Ordinibus Religiofis, habentibus indulgentiarum communicationem cum una, aut pluribus Baßilicis, vel Ecclefis Romanę Urbis, quos proinde indulgentia Anni Sancti non pelliceret ad inuifenda limina Apoftolorum, fi domi poßent frui indulgentiis hujufmodi.

IV. Quod attinet ad facultates, non fufpenduntur in Anno Sancto facultates abfoluendi à cafibus Epifcopalibus, ut ex tenore Bullarum fufpenfiuæ eßet evidens: imò idem dicendum eßet de facultatibus abfoluendi à cafibus refervatis Papę, quę non funt concessę occasione indulgentiarum feu caufa illas confequendi, fed ob alios fines, prout funt illę, quę concessę funt Regularibus in ipforum privilegiis quibus poterant uti etiam in Anno Sancto. Herincx cit. n. 96. Gobat de Jubilæo c. 10. n. 49. Layman lib. 5. tr. 7. cap. 8. n. 4. Paulus, Tannerus, & alii. Idemque à fortiõri dicendum eßet de poteftate fuper cafus Papales occultos concessa Epifcopis in Concilio Tridentino feß. 24. c. 6. de reformatione: id enim exprefsum eßet in Bulla Gregorii XIII. Herincx cit.

Incipit autem fufpenfio fupradictarum indulgentiarum, & facultatum in primis Vefperis Natiuitatis Domini, nimirũ quando incipit annus Jubilæus juxta fuprà dicta, & definit eadem fufpenfio, quando definit Annus Sanctus, videlicet finitis primis Vefperis Natiuitatis Domini anni fequentis. Ita Gobat cit. cap. 9. n. 50. & feqq.

QUÆSTIO II.

Qualia opera requirantur ad lucrandum Jubilæum, in specie qualis oratio, proceßio, vifitatio Ecclefie, jeiunium, & Eleemofyna?

SUMMARIUM.

- 167 Jubilæum lucrari poteft, qui lucrari poteft indulgentiam plenariam.
- 168 An Amentes, Peregrini, Advenæ poßint confequi Jubilæum?
- 169 Ad lucrandum Jubilæum requiritur, ut quis præfret opera præfcripta.
- 170 Et feqq. Enumerantur opera ordinariè præfcripta pro lucrando Jubilæo &c.
- 173 Qualiter opera præfcripta fint perficienda?
- 174 Qualis Oratio requiratur ad lucrandum Jubilæum, & feqq.
- 176 Qualis vifitatio Ecclefie?
- 177 Qualis Proceßio?
- 178 Qualis jeiunia, & quibus diebus?
- 179 Qualis Eleemofyna?
- 180 An etiam Religiofi, & pauperes debeant dare Eleemofynam?
- 181 Qualibus pauperibus danda fit Eleemofyna?

ASSERTIO II.

166 Jubilæum lucrari poteft, qui lucrari poteft indulgentiam plenariam, modo, etiam præfret opera à Summo Pontifice præfcripta, videlicet Orationem, Vifitationem Ecclefie, jeiunium, Eleemofynam &c. Certa.

S. I. Jubilæum lucrari poteft, qui lucrari poteft indulgentiam plenariam.

167 Patet, quia Jubilæum eßet indulgentia plenaria. Hinc quia feß. 1. huius capitis qu. 2. n. 23. & feqq. diximus: indulgentias lucriferi poße à folis hominibus baptizatis, non excommunicatis, fubditis, debitoribus pœnarum temporalium, exiftentibus in ftatu gratiæ, & habentibus intentionem eafdem lucrandi, hęc omnia etiam dici debent de Jubilæo, quòd poßit lucriferi à folis hominibus baptizatis, non excommunicatis, &c. adeòque dicta loco citato de indulgentiis, huc ad lucrantes Jubilæum referri, & applicari debent cum debita proportione.

168 Duo tamen addenda occurrunt. I. Quòd licet carentes

ufu rationis, defectu ætatis, v. gr. infantes, vel ratione perpetuę amentię, fiant incapaces indulgentiæ, & Jubilæi: quia nequeunt perficere opera præfcripta, nec funt debitoribus pœnarum temporalium ex dimiffis peccatis personalibus reftantium, cum ob defectum rationis personaliter peccare non poterint: tamen fi aliqui careant ufu rationis propter morbum, vel fomnum, vel habeant lucida intervalla, & perfeverint opera præfcripta, lucrabuntur indulgentiam, ac etiam Jubilæum: nam fi quis omnia opera in Jubilæo duarum hebdomadarum præfcripta, impleat prima hebdomada, & dormiat mediã nocte Sabbati, qua fejunium expletur, dormiens Jubilæum lucrabitur, fi cætera non defint. Secundum eßet, quòd omnes peregrini & advenæ potiri poßint Jubilæo concessõ Urbi, aut Regno in quo verfantur, idque probat praxi, & docet Lugo apud Gobat de Jubilæo, cap. 13. Longe tamen certius eßet: Jubilæum Urbi alicui impertitum extendi ad omnes eius Urbis Clericos, & Religiofos. Quare fi iter faciens perveniat ad locum, in quo Jubilæum celebratur, frueris illo æquè, ac incolę, five perveneris illic ante, five primũ poft publicationem. Unde fi tantũ per dimidiam diem alicubi tamquam peregrinus, aut viator vixeris, partem præfcriptorum operum potes ibidem perficere, v. gr. vifitare Ecclefias, dare Eleemofynam, &c. partem alibi, aut petere commutationem, fi impedimentum occurrat. Lugo, et Layman apud Gobat citat. n. 90. qui fubdit: Non teneris ratione Jubilæi differre iter aliquod in aliud tempus: nam Bulla jubilaris fine diftinctione offert Jubilæi gratiam iter agentibus.

S. II. Modò etiam præfret opera à Summo Pontifice præfcripta.

169 Ratio eßet: quia gratia conditionatè concessa nonnifi impleta conditione fuum fortitur effectum: Ergo nec Jubilæum quis lucrabitur, eufque confequetur effectum, nifi impletis operibus ad illud obtinendum à Summo Pontifice requifitis, & præfcriptis. Jam verò

I. Ad lucrandum Romę in Anno Sancto Jubilæum, ordinariè præfcribitur, ut poft peractam confessionem, & communionem vifitentur ab inquietis quat uor Ecclefie urbis Romę: videlicet BB. Apoftolorum Petri & Pauli, Lateranenfis, & S. Marię Maioris, femel faltem in die, per triginta continuos, aut interopolatos dies, à peregrinis verò per quindecim dies, & oretur pro fidelium, & totius Christiani populi falute, pace, & concordia.

II. Ad lucrandum Jubilæum ordinariũ, quod poft Annum Sanctum conceditur Proinciis extra Italiam, communiter præfcribitur confessio, communio, quindecim vifitationes quat uor Ecclefiarum, ac deuota in eis fufa oratio pro remiffione fuorum peccatorum, pro concordia Principum Christianorum, extirpatione Hærefum, ac S. Matris Ecclefie neceffitatibus.

III. Ad lucrandum denique Jubilæum extraordinariũ, quod poft Coronationem Neo-electi Summi Pontificis pro exorando à Deo felici regimine, vel quando Ecclefia graui neceffitate premitur, concedi folet, ordinariè præfcribitur confessio, communio, certarum Ecclefiarum vifitatio, ac in illdem fufa oratio pro exaltatione S. Matris Ecclefie, hærefum extirpatione, Principumque Christianorum concordia, Eleemofynę datio, jeiunium feria quarta, feßta, & Sabato in una ex duabus hebdomadis. Subinde etiam præfcribitur proceßio, vel eius comitiva. Quod fi aliquis ob infirmitatem, aut aliam caufam rationabilem, nequeat prædicta exequi, conceditur facultas confefario, omnia & fingula in opus pium, prout fibi vifum fuerit, commutandi.

IV. Opera præfcripta pro lucrando Jubilæo iuxta totto rem fententiam debent præfari in una hebdomada. Ita Herincx, Sandarellus, Herincx cit. num. 99. Gobat de Jubilæo cap. 11. & alii apud ipfum cit. num. 72. de jeiuniis hoc videtur eße certum. Attamen qui designatas Ecclefias vifitavit in loco, verb. gr. fui domicilii, in quo Jubilæum eßet publicatum, poteft alibi implere reliqua opera: quia favor Jubilæi non localis, fed personalis eßet. Herincx cit. num. 100. Item opera præfcripta debent impleri integrè, ipfis diebus, quibus mandantur, ad intentionem Summi Pontificis, ab ipfo, qui lucraturus eßet Jubilæum, in ftatu gratiæ, &c. quę omnium fufius deducta fuprà feß. 1. huius ca. qu. 2. nu. 33. & feqq. huc applicanda funt.

S. III. Orationem, Vifitationem Ecclefie, Proceßionem.

174 I. Quando præfcribitur oratio, requiritur vocalis feß. 174 cundũ totiore fententiam: putat tamen Gobat de Jubilæo c. 21. etiam fufficere mentale, quia etiam hęc eßet propriè oratio, & Ecclefia non raro dat indulgentiam pro